



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 24. Martyrium S. Jacobi. S. Petri Vincula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum I.
A. C. 41.

ibid. v. 28.

Tarsum profectus, ut quæreret Saulum, inventum, Antiochiam adduxit. Integro anno ibi commorati plurimos veritatem Evangelii docebant, ita, ut Antiochiæ primum JESU Discipuli dicerentur Christiani. Illis diebus Prophetæ quidam Jerosolyma venerunt Antiochiam; quorum unus nomine Agab universalem famem prædixit, paulo post superventuram; quare Discipuli proposuerunt auxilium mittere fratribus, qui erant in Judæa, miseruntque etiam, apud Presbyteros deponendum, per manus Barnabæ, & Sauli.

§. XXIV.

Martyrium S. Jacobi. Detentio S. Petri.

Martyrium S. Jacobi. **H**erodes Agrippa prensans omnem occasionem Judæis placendi, cœpit persequi Ecclesiam, incipiens ab Apostolis. *Act. 12.* S. Jacobum Zebedæi filium, Joannis fratrem, gladio occidit. *Euf. 11. hist. c. 8.* Qui Jacobum detulerat, videns quod testimonium redderet JESU Christo, pœnitentia tactus, publice se Christianum fatebatur. Ergo ambo ducuntur; in via delator Jacobum rogavit, ut sibi ignosceret. Apostolus, aliquantum in se collectus, ait: pax tecum, & osculatus est eum. Tum ambo capite plexi. Videns Herodes, quam gratum

gratum fecisset Judæis, etiam Petrum
comprehendi jubet, sed cum incideret
Pascha, misit in carcerem, post festum
populo spectaculum daturus.

Quamdiu Petrus fuit in carcere, Ec-
clesia continuo pro eo orabat. Nocte
precedente destinatum supplicio diem
dormiebat inter duos milites duabus ca-
tenis vinctus, alii ante carceris januam
vigilabant; sedecim enim militibus tra-
ditus fuerat, ut quaterni in custodia al-
ternarent. Tunc venit Angelus, susci-
tans eum; cadunt catenæ, aperiuntur
portæ, eratque Petrus in civitatis pla-
tea, credens se visionem videre. Sed
ad se reversus venit ad domum Mariæ
Matris Joannis, qui cognominabatur
Marcus, ubi plurimi in oratione erant
congregati. Pulsat januam. Puella no-
mine Rodes venit, ut videret, quis es-
set; sed agnoscens vocem Petri, gaudio
turbata, cum aperire debuisset, cucur-
rit in domum, id nuntiare; sed omni-
bus delirare videbatur; ipsa autem con-
firmabat, verum esse; alii dicebant esse
ejus Angelum. Interea Petrus non ces-
sabat pulsare januam, qua tandem aper-
ta, imperavit silentium, narrans quomo-
do eum liberasset Dominus; tum vo-
luit, ut id Jacobo, & fratribus notum
fieret; ipse vero exiit, ut in alium locum
diverteret. Cum illuxisset, milites in-
solitus

Sæculum I.

A. C. 41.

Sæculum I. solitus stupor invasit, quid Petro factum
 A. C. 42. esset; audiens autem Herodes eum non
 inveniri, illos supplicio affecit.

An. 42. Creditur aliquanto post hæc vincula,
Euf. 3. hist. Claudii Imperatoris anno secundo, JESU
1. ex Orig. 3. Christi 42 Petrus venisse Romam, ibi-
in Genes. que sedem posuisse; postquam septem
Euf. Chron. annis Antiochiæ sedisset, & prædicasset
an. 43. Judæis dispersis per Pontum, Galatiam,
Hieron. de Cappadociam, Asiam, & Bithyniam. Pro
script. & se reliquit Antiochiæ Discipulum suum
Gal. 2. 11. Evodium, qui 26 annis illam rexerat Ecclē-
Euf. 11. siam. Venit autem Petrus Romam, co-
hist. 13. mitantibus eum Marco, & pluribus aliis
Justin. ap. 2 Discipulis, ut oppugnaret Simonem Ma-
p. 69. Iren. gum, qui cum ipsi fides in Palæstina ul-
l. 1. c. 20. tra non haberetur, Romam venerat, ibi-
Euf. 2. c. 13. que ob operationes magicas tantæ erat
v. Bar. ann. admirationi, ut pro Deo coleretur, ei-
44. n. 13. que in Insula Tiberis statua fuisset posita,
 cum inscriptione: *Simoni Deo sancto.*

§. XXV.

*Divisio Apostolorum. Evange-
 lium S. Matthæi.*

Ruf. præf. Circa idem tempus factum creditur,
in Symb. ap. ut Apostoli dividerentur ad prædi-
Hier. to. ult. candum Evangelium in universo mundo.
Hier. ad Ante separationem composuerunt Sym-
Pam. ep. 61. bolum, id est fidei compendium, quo
c. 9. infr. Fideles a Judæis, & hæreticis discerne-
 bantur;